

---

---

## Supplementa Charitonea

---

**I**n Charitonis fabulae amatoriae libri primi capituli primi paragrapho sexta (p. 4, 9) Hercherus (1) Cobeti supplementis usus verborum contextum edidit hunc: τοῦ Θεοῦ πολιτευσαμένου τήνδε τήν (συνοδίαν), ἴν' ἐκά(τερως τῶ) ἐτέρ(ω) ὀφθῆ. Quibus verbis duo inesse vitia statim videbimus.

Ac primum quidem de prima disputemus lacuna. Brevi post, quam editio Hercheriana in lucem erat emissa, pro συνοδία repouendum commendavit Cobetus (Mnemos., vol. VIII: 1859 p. 250): συντυχίαν. Iam videamus, utrum hoc an illud possit recipi, an utrumque sit respuendum. Vocem συντυχίαν Charito admisit nullo loco; accedit quod συντυχίας numeri apte non cadunt (2). At συνοδία (3) apparet semel VI<sub>2, 9</sub> (p. 109, 1) καὶ ἀφείλου καλῆς συνοδίας; sed hoc loco inest illi voci notio, quae ad nostrum minime quadrat. Significat enim συνοδία ut Graecis exprimam verbis, τήν ὁδὸν τήν εἰς Ἄιδου σὺν ἄλλῳ τινὶ ὀδευομένην, i. e. mors cum altero effecta (4). Etsi non potest dubitari, quin scriptores cum maxime

---

(1) Erotici scriptores Graeci. Rec R. HERCHER. Tom. II. Lipsiae: B. G. Teubner 1859, cuius editionis paginae et versus a me citantur.

(2) Cfr. St. HEIBGES: *De clausulis Charitoneis*. Diss. Monasterii 1911, p. 49, qui clausulam — — — — — ~ 10<sup>ies</sup> tantum vidit in libro primo.

(3) Vituperaverat Cobetus l. l. formam συνοδίαν, cui praetulit scripturam συνοδείαν, falso, ut potest intellegi e Croenerti libro, qui inscribitur: *Mem. Graeca Herculanensis* (Lipsiae: B. G. Teubner 1903), ubi p. 33<sub>1</sub> iuven s disserta haec: « inter recentiores formae in -ια terminatae plerumque videntur in usu fuisse ».

(4) Quae notio perrara, quam in lexicis frustra quaeris, apparet in PLUT. *Mor.* p. 241 B et p. 242 B. Quod si recte intellexisset F. W. SCHMIDT (*Kritische Studien zu den griech. Erotikern*. I. Fleckeisens Jbb. 125: 1882, p. 182) loco 109<sub>1</sub> non proposuisset συνουσίαν.

temporum seriorum eandem vocem adhibuerint notionibus maxime variis, tamen nolim inserere illam vocem nostro loco. Immo veram medicinam praebet locus V<sub>3, 5</sub> (pag. 89, 25), ubi scripta invenimus haec: ὡς δὴ θεν εἰς ἀπάντησιν Καλλιρόης παρεγίνετο, cui addam VII<sub>5, 5</sub> (p. 131, 15): αὕτη δὲ ἦν (1) Καλλιρόη ἀπαντήσασα πρώτη Περσίδων. Itaque cum alter alterum primum videt, quin a Charitone praefertur ἀπάντησις (sive ἀπαντᾶν), vix est quod dubitemus. Inde sequitur, ut forma ἀπάντησιν supplenda sit idque eo magis. quod versu praecedenti (p. 4, 8) compareat verbum compositum συναντῶντες. Cuius supplementi numeri optime cadunt — — — — —, quam clausulam Heibges l. l. in libro primo 173<sup>ies</sup> collegit.

Iam accedimus ad alteram tertiamque lacunam, verba dico: ἴν' ἐκά(τερος τῶ) ἐτέρ(ω) ὀφείη. Ut rem brevibus absolvam: dativum coniunctum cum passivo, qui vocatur (2), Charito non admisit nisi cum tempore perfecto copulatum. Vidi locos hos: II<sub>5, 8</sub> (p. 35, 22): μηδ' εἰ πέπρακται σοί τι δεινόν. II<sub>6, 2</sub> (p. 37, 1): βεβίωται μοι. II<sub>8, 2</sub> (p. 39, 28): «... Ἰὰ μὲν πρῶτά σοι», φησίν, «ἐστρατήγηται...» III<sub>8, 9</sub> (p. 64, 10): ἰκανῶς γὰρ μοι δεδυστύχηται. VIII<sub>1, 15</sub>

(1) Recepit Hercherus post ἦν articulum ἦ secutus editionem Didotianam, quae quanta securitate sit compilata, nullum virum doctum poterit effugere. Quod verbum, utrum exstet in codice Florentino. necne, non possum diiudicare, cum mihi nondum contigerit, ut denuo inspicerem codicem ipsum. Sed considerantibus nobis participium copulatum cum forma verbi εἶναι poni loco simplicis formae verbalis non solum ab auctoribus temporum seriorum (cfr. SCHMID: *Der Atticismus in seinen Hauptvertretern* etc. vol. III (Stuttgartiae 1893), p. 113 et vol. IV (1896) p. 157. RADERMACHER: *Neutestamentliche Grammatik* (Tubingae 1911), p. 166. Eiusdem: *Ed. Demetrii Phalerii qui dicitur lib. De elocutione* (Lips. 1901), p. 116 sq. et p. 126 (ad p. 53<sub>24</sub>). F. BLASS: *Grammatik des neutestamentlichen Griechisch*, Ed. IV, quam curavit A. Debrunner, Gottingae 1913, § 353 p. 201. NABER, *Mnemos*. N. S. IV: 1876, p. 328, qui affert exempla ex Ach. Tat. fabula deprompta) sed etiam pristinatorum (cf. KRUEGER: *Griechische Sprachlehre für Schulen*. Vol. I. Ed. V, quam curavit W. Poedel (Lips. 1875), § 56, 3<sub>1-4</sub> et KUEHNER: *Ausfuehrl. Grammatik der griech. Sprache*, Vol. II, Ed. III, quam curavit B. Gerth, sect. I, p. 38 sqq. [e. g. cf. SOPH. *Ai.* 522: χάρις χάριν γὰρ ἐστὶν ἢ τίχτους' ἀεί]) articulus ille supervacaneus, ne dicam falsus, videtur esse.

(2) Quem etiam atticistae adhibuerunt; cf. SCHMID, l. l, vol III, p 57 et vol. IV, p. 56 et p. 612.

(p. 138, <sub>31</sub>): καὶ τί σοι πέπρακται πρὸς βασιλέα. Ne sit ambiguum, quid nobis supplendum sit, appono verba, quae invenimus scripta VI <sub>4, 3</sub> (p. 111, <sub>24</sub>): ἤθελε δὲ μέσος (1) ὑπὸ Καλλιρόης ὀραθῆναι (2). Quibus omnibus perpensis mihi quidem persuasi e Charitonis calamo fluxisse verba haec: τοῦ Σεοῦ πολιτευσαμένου τήνδε τὴν (ἀπάντησιν), ἰν' ἐκά(τερος ὑφ')έτέρ(ου) ὀφθῆ.

*Chemnitz, Sa*

FRANCISCUS ZIMMERMANN.

(1) Vocem μέσος non intellexerat H rcherus (cf. eiusdem praef. p. XII). Σεμνός proposuerunt SCHMIDT, l. l., p. 192 et RICHARDS, *Class. Rev.* 20: 1906, p. 22. Dudum locum recte interpretatus est Reiske vertens: « Etiam volebat a Callirhoe medius in stipantium turba conspici », quem iure ac merito secutus est Calderini (*Carilone di Afrodisia*, Torino 1913), p. 363 <sub>3</sub>: « e voleva essere notato in mezzo a tutti ». Adamant posteriorum scriptores talem loquendi brevitatem, qua de re cf. RADERMACHER: *Neutest. Gramm.*, p. 176 sq.

(2) Nequis dubitet de forma ὀραθῆναι, obiter moneo eandem licentiam occurrere apud Aristotelem, Strabonem, Lucianum, cf. SCHMID, l. l., vol. I (1893), p. 232, et VEITCH: *Greek verbs irregular and defective*, ed. IV Oxonii 1879, p. 495.